

partem vera, sed supervacua sunt. Contra enim sententia nititur praedicata opinione, eum, qui factum nudus promittit, liberari, praestando id, quod interret, cùm tamē l. 7. de V. O. l. 13. §. ult. de re jūd. l. 7. §. 2. si de cond. & dem. l. 2. ff. dī lib. bon. exhib. non dicant, prouidentis in arbitrio esse, factumne an id, quod interret, praefare malit, sed stipulancem optio nem habere, factum exigere, an id quod inter ret est, petere malit. Vid. Cujac. ad l. 72. ff. de V. O. Cora. Mīscell. l. 11. cap. 3. Huber. Prælēc. ad inf. b. t. §. 8. quem honoris causa nominio, cele berinus Thomāsus Diff. sing. ad quod fadūm pro misit, libertur praefando id quod interret. HEIN.

**Argumentum de emptionis contractis** [S]ape ar rhis nomine aliquid dari ab empore solet. Sed quod ita datatur, datur firmandi contractus gra tia, & quo facilis probari possit, conveniens de pretio, non quod sine artharum interveniens emptione non perficiatur. *I. quod sive. 35. pr. hoc 8. tit.* Datur autem arrha, vel simpliciter, ut sit argumentum dumtaxat & probatio emptionis contractis: veluti si annulus detur, vel si fulm posset cedat in parte preiti data certa pecunia, l. 11. §. 5. qui vina. 6. de ab. empl. l. ult. de leg. commissi. Cùm arrha tantum ut sym bolum data est, impleta emptione, id est, re tra dita & pretio numerato, refutatur etiā empori, ut ille in eam rem est actio ex emplo, aut condicō sine cauſa, l. 11. §. 6. de ab. empl. cùm in certa pecunia, cedit in defalcationem preiti, nichilque repetitur; sed reliqua pecunia re tradita exolvenda est, d. l. ult. de leg. commissi. Utroquo autem casu hoc evenit, ut si postea placherit emptionem esse irritam, id quod artharum nomine datum est, empotor repetere pos sit, vel actione ex emplo, vel eiam condicōne sine cauſa, d. l. 11. §. 6. de ab. empl. junct. l. 2. C. quānd. lic. ab empl. dif. §. ult. inf. quib. mod. toll. obi. Quando igitur res integra esse definit, ut solo contentu ab emptione recedi possit, appare, donatione artharum neutrabi rem definiere esse integrum; confitante enim traditum est, solo contentu, licet mutuo ab emptione & similibus contractibus recedi non posse nisi ad huc res sit integrum, l. ab emptione. 58. de pat. l. 1. & l. 2. C. quānd. lic. ab empl. dif. §. ult. inf. quib. mod. toll. obi. Quando igitur res integra esse definit, ut solo contentu ab emptione recedi negat? Nimirum cùm aliquid praesumit etiā instrumentum graia, rem in scriptis geri, & sine scriptura nihil actu voluisse centiri debent. Quia sententia etiam rebus judicatis confirmata est, teste An. Fab. C. sive de rebus, depn. 23. & de fid. inf. depn. 14. quamquam diffinet Salic. in d. l. contrātū. 17. & nonnulli alii quos allegat. Et ut cauſa serviat, probare videtur. D. Dekker lib. 2. difser. 13. n. 3. At verò si quod sive fit, potest contractum initum & conclusionem negotiorum, instrumentum de eo conjectura fuerit, scriptus potius quam in scripturis initus, contractus dicitur. Sicut nec recte quis dixerit testamentum nesciupaciva, quia ho die frequentatur, per scripturam fieri, licet plerumque seniatur, quoniam, ut scribantur, ad substantiam eorum non pertinet, vid. sive. §. ult. de ref. ord. Sed etiā in contractu incunando converterit ut de eo instrumentum conficeretur, ne si quidem id actum intelligi debet, ut contractus in scriptis fieret, sed potius usi sine

## DE E M P T I O N E E T V E N D I T I O N E.

745

scriptura initus perfectusque ad futurum dum taxat rei memoriam deliceretur. Quippe in dubio, si non apparet quid actum sit, credendum est, ut probacione potius, quād ad validitatem actus, scripturam intervenire, cum actus talis est, qui tine scriptura potest sufficiere, l. 4. de pignor. l. 4. de fid. inf. l. cam. res. 12. C. de probat. & ibi Bald. ut iure com muni magis, quam speciali contractibus ut videantur. l. Imperator. 30. de reb. autor. jud. pignor. l. 14. de priv. cred. Ant. Fab. dd. loc. DD. comm. in d. l. contrātū. 17. C. de fid. inf. Cambr. vol. 3. difser. 29. n. 15. & seq. Andr. Facin. 2. contr. 97.

**II. Nisi & instrumenta, emptionis** [Quoties placet, negotium scriptura conficit, non ante id pro parieto habetur, quād in scripturam redactum est, instrumentumque eius negotii rite contēduntur. Si privata sit scriptura, sufficit ad complectionem instrumenti, propria contractuum manu id p. scriptum esse: modo ne quod scriptum est pro prima scheda & deletari, in qua partes aliquid addi aut detrahi & deletari voluerit, habitum sit; tunc enim ad perfectio nē contractus requiriunt, ut scheda illa in mundum redigatur. Quod si instrumentum non ab ipsis contractibus, sed ab aliis persona privata scriptum sit, id pro completo habetur; cùm utrinque contractibus subscriptio confirmatum est. Si vero instrumentum sit publicum, puta confidendum per tabellonium five notarium, id non alter completemur intelligitur, neque vires illas habet, quād si à notario exceptum perfectumque, & partibus praecettum fuerit, acut ab ipsi approbatum, hoc text. & d. l. contrātū. 17. De requisito instrumenti publici, & que de more inferi solent, vid. Covar. gral. q. 20. Welsb. parat. de fid. inf. Althul. lib. 3. c. 42. num. 13. & seqq. cum iis citatis.

**Dose atque deest, penitentia locus est?** Cū contractum in scriptis fieri placuit, scripta ad substantiam contractus pertinere inscribitur: & ideo quādum instrumentum perfectum non est, obligatio non nascitur, & nihil dum actum intelligitur, quia de causa interiori etiam penitentia locus est, licetque alterutri a negotio, quod institutum est, sine poena discedere. Carterum hoc ita, nisi quid arrharum nomine datum sit. Quod cū factum est, placet quidem, adhuc sine mutuo contentu recedi posse, sed empore confirmatione mutantem, quod dedit, amittere; & venditorum ejus, quod accepti, du plim restituere, d. l. contrātū. 17. C. de fid. inf. & hoc nonnullo text.

**Sive in scriptis sive in scriptis venditio cele brata sit?** Id est, celebrari copia sit; quam illae mententur Julianiani, ex eo intelligitur, quod autem dixit, penitentia locum esse, quam di aliud deest ad perfectionem contractus. Hoc enim ipso aperte significat, cum contractus est perfectus, & nihil amplius ad confi

Volumen in instrumentis

bbb

aliquam sibi cavit, alii beneficiis & remedii renuntiante videatur; per l. & habet. 15. §. 3. de precari. l. ult. C. de pat. conv. tam sup. id. Id enim tunc obincere, quando quis sua cautione sibi profixisse de re aliqua, in qua illi proficitur jure sine cautione privata, ut ostendunt exempla predd. II. Locum autem non habet in pluribus cautionibus, quibus quis sibi privatim proficit. Hoc enim cum sit, posterior cautio precedentem obligationem magis confirmat, l. 4. §. ex conventione. 4. de re iud. 1. pradit. 28. de ad. empt. Ex sic etiam fit in proposito: nam qui emit, privata cautione sibi para actionem ex empto; ac proinde nova cautione arborum non debet videri a priore obligatione recessisse, sed eam magis voluisse confirmare. Hanc sententiam non obsecrare probant Joan. Fab. hic Cyn. & Bart. in d. l. contractus. 17. certius confirmant Oldendorp. claf. 4. ad. 2. Wefemb. par. n. 9. Don. ad d. l. contractus. 17. num. 12. & seqq. Diod. Tuldien. ad iii. C. quand. lte. obempt. dif. num. 2. Christin. vol. 3. decit. 70. num. 2. & confutandae receptam testatur Buhfius ad l. 31. in fin. hoc sit. In Gallia tamen contraria obtinet, teste Pacio in d. l. contractus. 17. num. 12.

*Qui recusat adimplare contractum* ] Id est, qui recusat institutum empionem perficere, aut flare placito empionis & venditionis futura; quod ex iis, que precedent, perficuum est. *Adimplere* igitur hic positum pro perficere; ut contra perficere contractum, dixit pro implere, d. l. contractus. 17. circa medium. Caterum cum proprio & distincte loqui volumus, empionem perfici minus solo contentu in mercem & pretium impleri harum rurum praestatione. Illud simplicem perfectionem & constitutionem obligationis significat; non tamen ultimum contrahendum, numerationem pretii, & rei venditionem.

## TEXTUS.

De pretio certo vel incerto vel in arbitrio alienum collato.

1. *Pretium autem constitui oportet: nam nulla empio sine pretio esse potest. Sed & certum esse pretium debet: aliqui si inter aliquos ita converterit, ut quani Titius rem estimaverit, tanzi sit empta, inter veteres jatis abundeque hoc dubitabatur, constare vendito, an non. Sed nostra de ciso ita hoc constituit, ut quoties sic composta sit venditio: Quantus ille estimaverit, sub hac conditione staret contractus, ut sequidem ille, qui nominatus est, pretium definierit, tunc omnimodo secundum ejus estimationem & pretium perfolvarunt, & res tra-*

*datur, & venditio ad effectum perducatur: emptore quidem ex empto actione, venditore ex vendito agente. Sin autem ille, qui nominatus est, vel nonoluerit, vel non potuerit pretium definire, tunc pro nihilo esse venditio, quasi nullo pretio statuto. Quod jus cum in venditionibus nobis placuerit, non est absurdum & in locationibus & in con ditionibus tradere.*

## NOTE.

1. Nulla empio sine pretio ] l. 5. §. 1. b. 1. quemadmodum nec fine re, que veneat, l. 2. eod. Itaque non valer empio donationis causa contracta, l. 36. l. 38. eod. nec cum dictis causa & aequabilis res venditur uno numero: que non vera, sed imaginaria venditio est, l. 55. eod. & donationis inflar inducit, l. 46. locat. 1. 3. l. 9. c. b. 1. Denique numerus unus pretium non est, l. 10. §. ult. de acc. poss. emptionis autem substantia constituit ex pretio, l. 72. hoc sit.

## COMMENTARIUS.

- 1 Empionis substantiam ex pretio constitire: quid inde.
- 2 Pretium certum constitui oportere, & quando id constitutum intelligatur?
- 3 Empionem non contracti, cum definitio prout generaliter alieno arbitrio permissa est, scilicet si arbitrio certa persona.
- 4 Quid si res vendita sit ex pretio, quo duo penitus a partibus eligendi constitutum?
- 5 Arbitratoris manifestam iniquitatem corrigi posse officio judicis.
- 6 Explicatio in l. legi 24. in pr. locat. & aia quadam obseruantur digna non sunt.

Quemadmodum fine re, que veneat, nulla empio intelligitur, l. 5. b. 1. ita nec fine pretio, quod vicissim praestetur, empio est potest, l. 2. l. 1. eod. l. 1. de rer. perm. l. pat. conventa. 72. hoc sit, ubi Papinius ait, empionis substantiam constitvere ex pretio. Itaque non valer empio, que donationis causa contractatur, l. cum in venditione. 36. l. si quis. 38. eod. aut cum dictis causa praetextu pretii quodque, res venditur uno numero, l. si quis. 45. locat. non vera, sed imaginaria venditio est, l. numda. 55. d. 1. si quis. 38. hoc sit. l. imaginaria. 16. de reg. iur. Plandi non id acutum sit, ut totum pretium condonetur, sed res villore pretio, licet donationis causa, vendita fuerit, placet valere venditionem, extra quam si hujusmodi venditio facta sit inter virum & uxorem, d. l. 38. In pretio duo defiderant, unum, ut id certum sit; alterum, ut constitutus in pecunia numerata. De priore tractatur hoc §. de posteriore §. seq.

Certum esse pretium debet ] Quamdiu pretium incertum atque indefinitum est, empio impetrata censetur, nec ulla valetur obligatio.

Itaque si emere volenti venditor sic dicat: *Habebis rem empionam, quanti possit estimabitur, nihil adhuc autem intelligitur.* Enimvero si traditum fecut sit, volunt DD. comm. inde resulstare contractum innominatum: quam sententiam probat Facin. 2. controv. 1. Bul. in l. 1. de rar. perm. contra Pinell. par. 2. rub. de rescind. send. Gomez. 2. ref. 2. nam. 9. Quod ego in medio relinquio. Certum diaconus modis dicitur, vel simpliciter, cum ab initio certa quantitas exprimitur, vel de quo constitutum per relationem ad rem certam; veluti si ita dicat venditor: *quanti tu emisti, quantum pretia in arca habeo.* Nam licet hic pretium in praefectum occultum sit, & apud contrahentes incursum, re tamen ipsa & in certum definitum est, l. 7. §. ult. hoc sit. Bene Justinianus: *Quia per verum naturam cora sunt, non mortuas obligationem, licet apud nos incerta sit, & pen. sap. de verb. ob. Quid ergo si venditor sic dixerit: Res tibi eris empta juo pretio, aut eo pretio, quod justus arbitrio determinabitur? Adhuc imperfictam negotiatio videatur: quoniam & iusti pretii modus incertus est; quippe quod constituit non potest nisi ex arbitrio boni viri, quod in mercibus una & aequibili modo non contingit. Ita post DD. comm. Pinell. d. p. 2. num. 19. & seq. Gomez. d. loc. num. 9. Surd. desit. Mans. 82. n. 14. Fach. 2. controv. 1. Ait: *Sententia autem Sardio dicitur, acsi. in fin. & D. Tuldene comm. hic cap. 4. qui venditionem juho pretio factam valere existimat in iis mercibus, quibus publice pretium constitutum est, ut vase panis, vini, frumenti, carium, aliarumque rerum ad viuum quotidianum pertinentium pretium magistratus definit.* Hoc enim casu parres per justum pretium non aliud, quam illud ipsum, quod publice determinatum est, inveniessi videtur possunt. Confat autem, etiam illud pro certo haberet, quod certum evadit ex relatione ad id, quod certum est. Et hic inferit Gomez. d. loc. valere venditionem vini, olei, tritici & similiuum rerum, factam ex pretio, quo communiter tales res venditor in foro publico, tali die vel tempore.*

3 Inter veteres dubitabatur ] Dubitatum olim fuit, an valere empti definitione pretii collata in arbitrio alterius. Quidam id affirmabant, quasi res omnis in arbitrio boni viri rejecta senserit debetur; nec incertum videri, cujus definitio pendeat a tali arbitrio, quod uno & perpetuo tenore constat. Alii id negavere, hoc forte argumento nixi, quod pretia rerum estimatione communia, non ex aucta singulorum, funguntur, l. pretia. 6. l. de reg. Talc. Faire de nique, qui distinguendum existimabant, utrum electum esset arbitrium boni viri simpliciter, an vero nominatum arbitrium certa persona. Hanc questionem Justinianus hoc §. & l. ult. C. eod. ita decidit, ut si definitio pretii collata sit in arbitrio certa persona, puta hoc modo: *Fundus ille tibi empus est, quanti Titius estimaverit, has condi-*

B b b b z

ostenso iniquitate ex officio id moderari, proper clausum ex bona fide. Ita DD. comm. hic & in l. ult. c. sedem. Quae sententia cum eis sequitati plena contentanea, unque civilius accipi oportet, quod hic sit Iustinianus, omnimodo secundum assertiōnēm arbitroris pretium solvendum esse, ut scilicet his verbis non excludatur officium judicis in corrigitā manifesta iniūtia, etiam si ex dimidio iusti pretii non excedat; nam ad eam, quae excedit, refindendam speciale remedium competit, l. 2. Cod. de res. vend. Inter qua hoc interpellat, quod officium judicis locum non habet, nisi cum re adhuc integra agitur exempto aucto vendito ad impendium contradicunt; nam si iusta factam assertiōnēm res tradita sit & pretium solutum, officio judicis corrigi iniūtia non potest. Quod si ultra dimidio iusti pretii alteretur ius sit, hic locus est remedium recifitio, l. 1. 2. C. de res. vend. add. Bachov. comm. hic. & D. Tula. cap. 9.

Pro nibil esse venditionis] Igitur in proposito non recurrerit ad arbitrium alterius, tamquam electum sit arbitrium boni viri. Idque etiam ante Iustinianum in partibus societatis definitis obtinuisse confit, l. 1. cap. 7. pr. sec. Quin etiam Ulpianus generaliter respondet, non esse recedendum à persona eius, cuius arbitrium iustitia est, l. 1. quis. 43. de verb. obl. Neque hic obstat, quod scriptum est, l. in lige. 1. pr. locat. sī in lege locationis comprehensum sit, ut alterius arbitriatu opus approbetur, boni viri arbitrium comprehendunt vi-deri: nam iste non contractus aut substantialis aliqua pars contractus in arbitrium alterius conseruit, sed mercede pro opera constituta, & sic contractū tam perfecit, accidentally aliiquid, nimirum esse appetitio operis, quod redemptor faciendo conduxit. In huiusmodi 4 specie id actum merita intelligitur, ut arbitrium tale praeficeret, quo viro bono convenit, ne alteri injuria fiat: & hoc bona fides exigit. Par de causa si quid accidentale (nam essentia non polluit) arbitrio alterius est contrahentibus permisum sit, placet in viri boni arbitrium id collatum videri, ut actus sufficiatur; qui frustrane foret, si persona contrahentis tantum comprehensa intelligeretur; quippe in cuius postfato sit, non arbitrari, l. 7. pr. hoc sit. l. 24. locat. In telamensis, in quibus voluntates plenius interpretamus, l. 12. de reg. juri. hoc perpetuum est, ut legatum in alterius arbitrium collatum, in boni viri arbitrium collatum intelligatur; & fixis, in cuius arbitrium collatum est, arbitraretur, five non arbitraretur, semper ultra sit, l. 1. de leg. 2. l. 3. §. 1. C. comm. de legat.

In locationibus] d. 1. ult. C. hoc sit. Verba pene integra confirmationis Iustiniani, quae & hoc §. repetuntur, ad Gajum in l. mercede. 25. prim. loc. apposuit Tribonianus.

## T E X T U S .

In quibus pretium consistat. Differentia emptionis & permutationis.

2. Item pretium in numerata pecunia constere debet. Nam in ceteris rebus, an pretium esse posse, valde queratur, veluti an homo, aut fundus, aut roga, alterius rei pretium esse possit? Et Sabinus & Cassius etiam in alia re putabant pretium posse constipare: unde illud, quod vulgo dicebatur, permutatione rerum emptionem & venditionem contrahit: eamque speciem emptionis & venditionis veriusissimam esse argumento utebatur Graco Poeta Homero, qui aliquam partem exercitus Achivorum vi-num sibi comparasse ait, permutatis quibusdam rebus his verbis:

Nέος ἀλιπτόνο μεγάλην εἰσὶ τὸν νόμον.  
Εἴσοδος τοῖς αργείοντας οὐτούς,  
Αἴσιοι πολλοί, οὐδὲ διαμαρτυρόμενοι,  
Αἴσιοι εἰσοι, οὐδὲ διανοῦσσι,  
Αἴσιοι διαπονοῦσι.

Hoc est.

Avecta ē Lemone tunc vina fuere carinis. Inde capituli sibi vina parare Palagi: Are micante ali, nitido pars altera ferro; Pars bulbis tergis, ipsi plerique juvencis, Pars quoque mācīpiis.

Diversæ schola auctores contra sentiebant; aliudque esse existimabant permutationem rerum, aliud emptionem & venditionem: aliisque non posse rem expediti, permutatis rebus, quæ videatur res venire, & quæ preti nomine data esse: nam utramque videtur & preti nomine data esse, rationem non pati. Sed Proculi sententia, dicens, permutationem propriam esse sp̄cimē contrādicit à venditione separatum, merito prævaluit: cum & aliis Homericis verbis adiuvabatur, & validioribus rationibus argumentabatur. Quod & anteriores Divi Principes amiserunt, & in nostris Digestis latius significatur.

## N O T A .

2. Permutatione rerum emptionem contrahit] Permutatio in illarū obicitur emptionis. Unde in editio edito cū permutterat est, uterque & venditoris & emptoris loco habeatur, l. 19. §. pen. de adl. editio.

Nέος ἀνάγκην] Atqui hunc versum non habent editiones plerisque, ac ne Accursiana qui-

## D E E M P T I O N E E T V E N D I T I O N E .

749

dem, ubi versus incipiunt à verbis: νέος ἀνάγκην, additurque gracio hac esse quae non legitur. Sed nec Theophilus hunc verbum agnoscit, Paulus l. 1. §. 1. ff. de cour. empt. Huius.

Anteriores D. Principes & Diocletianus & Maximianus, l. pen. C. de res. ver. per. perm. ex libro i. Odys.

## C O M M E N T A R I U S .

1. Summa disputationis Pauli in l. hoc sit.

2. Presum in alia re, quam pecunia numerata, confitit non posse, ut sententia Proculi.

3. Existunt argumenta, quibus Sabinus probat contra eum, permutatione rerum emptionem contraria.

4. Usus pecunia signata perantiquum esse.

5. Quibus & quā validis rationibus Proculus demonstravit, emptionem & permutationem planè diversa esse?

6. Defendit Sabinus & Cassius.

1. Atque innumeris ratio communitandi inutilia, cum ad utilibus, & comparanda res necessarias permutatio fuit: qua cum duobus incommoda haberet, unus, quod non semper concurrebat, ut quod alter haberet, alter desideraret; alterum, quod etiā concurrebat, inequalis tamē rerum estatū: invento tandem numero, quo res certe ultimarentur, & qui mensura esset omnium, his difficultatus occurrit, euperque homines res sibi necessarias comparare, pretio earum in numeris seu pecunia numerata viciſſim dato: quod genus commercii empio & vendito appellatur, & secundum Nerva ac Proculi sententiam à permutatione mulsum dicit. Hac summa est dilutio notarum Pauli in l. 1. hoc sit. Illa quidem,

Opinatur iher., Sabini opinionem magis juvent: nam verbum *nominis* proprietate & vi sua non potest ad alium contractū, quam ad emptionem referri: & tamen empio ita sine numero facta est, sive verba Homeris sic interpretare, emis posse iher., aut facultatis suis, id est, de suo, sive ut alii, emit & empat prefecit facultibus suis, ut subaudiat præpositio, id: quoniam mox subicit Poeta, pretium datum esse viginti boum. Sed tamen ne hoc quidem fatis esse videatur ad probandum, emptionem ibi revera contractam suffit: quippe cum Poeta, dum metrum servient, verborum proprietate sp̄ce neglige cogantur. Insufficiunt temporis est rei veritas, quā si sequimus, statuendum omnino videtur, emptionem & venditionem non esse, nūl numeri intervenient; etiam dictum me, si mundo meo emisse fundum tuum, & ideo Plinius lib. 33. c. 1. ex Homerū eandem rerum permutationem referens, que hinc memoratur, inpropter locū credendum est, cū dicit, Gracos vīnum emptissime cortili vocā, &c. Illud ex antiquis historiis, adeoque ex ipsa Historia Mofis Genes. c. 23. & c. 41. cum aliquis sejg confat, uolum numeri & signata pecunia anti-quissimum esse, & Trojanis temporibus multo antiquiore. Plinius lib. 7. c. 56. scribit, Liber Patrem primū instiūtū emere & vendere. Qui Liber Patet temporibus Mofis suffit dicitur multo ante bellum Trojanum, quam primus nummorū auditor per Gracianum celebrat Phadon Eleus, qui Homerū longe recentior suffit fertur, Strabo lib. 8.

2. Sabinus & Cassius etiam in alia re] Sabinus & Cassius putabant, non tantum in pecunia numerata, verum etiam in quibus alia re pretium confitit posse, rerumque permutatione emptionem quoque & venditionem contrahit. Utetur ad confirmationem sententiae sue hoc argumento: si empio & vendito iam tum in ufo erat, cum nondum esset numerus, nihil obstat, quominus & post reportos numeros sine illis confitit, &c. Assumptionem probabant auctoritate Homeri, qui lib. 7. illiad. referit, Gracos vīnum emptissime cortili vocā, &c. Illud 4

B b b b 3

Diversæ schola auctores contra] Videlicet Nerva & Proculus. Hi negant pretium rei venditare in alia re confitere posse, quā in pecunia numerata, dicebantque, emptionem & venditionem diversam esse speciem contractus à permutatione. Sic vero illi argumentabantur. In

contractu emptionis & venditionis hac perpetuo distincta esse oportet, premium, & mercem: sicut enim aliud est emere, aliud vendere, alius empator, alius venditor, ita & aliud premium, aliud mercem esse. At in permutatione uti dicerni non potest, uter empator, uter venditor sit, ita nec utra res videatur venire, utra pretii nomine data. Ratione autem non pati, ut dicamus, utramque & veniente, & pretii nomine datum, l. i. §. 1. in fin. hoc ist. l. i. de rer. perm. Atque hæc Proculi & Nerva sententia tandem obtinuit, & constitutionibus Principum, probata est, l. pen. C. de rer. perm. Paulus in d. l. i. de rer. perm. duas alias inter emptionem & permutationem differentias notat. 1. Quod venditor non cogit rem emporis facere, sed suffici ei ad evictiōne se obligare, possefūnē tradere, & purgari de dolo malo: itaque si evicta res non sit, nihil venditor debere. At in permutatione utrinque rem accipiens fieri debere; ideoque rem alienam dantem nullam contrahere permutationem, d. l. i. pr. iunct. §. 3. n. 2. Quod in emptione ex nuda consentientia voluntate obligatio nascitur, in permutatione res demum tradita initium obligationis præberet, §. 2. ejusd. l. congruit l. 3. ced. Sed utrumque hoc est à civili jure Romanorum.

*Alliis Homericis versibus* I. Puto eos verius significari, quos Paul. l. i. §. 1. h. t. citat ex lib. 16. illad: Ubi Poeta refert, Glauicum centum boum arma aurea permittasse cum æreis Diomedis armis novem boum. Qio loco uitetur verbo *έποντος*, quod est proprium permutationis. Eodemque verbo in hanc sententiam etiam Theophilus citat. Sed profecto parum in utram partem valere debet auctoritas Poete, quem dicti potest, dum recte servire cogitur, verborum proprietatem insuper habuisse.

*Validioribus rationibus:* 1. Validissimum illud argumentum est, quod in contractu emptionis res & premium distincta esse debent: quod nec Sabinus negabat: & tamen necessario inde sequi videatur, pro re non posse alias rem ut premium dari, sed opus esse pecunia signata: aliqui emptione non esse, sed alium contractum. Argue hac quidem ita pro Paulo Proculique & Nerve sententia speciosè disputarunt. Ceterum si, quod res est, facer & liberè philosophari volumus, verior est illa Sabini & Caffii, qui rebus etiam invicem permuteatis rite venditionem perfici dixerunt, eamque effi antiquissimam emptionis & venditionis speciem, quæ permutationem rem contraheretur. Nam & in antiquis permutationibus, quantumvis circa numnum ferent, utique venditor ab empatore, premium à mercede distinguebatur: atque hoc tum ex rebus ipsis, quæ dabantur, tum ex animo & proposito contrahensum intelligi poterat. Qui animo rei fuit distractando permutatione, erat venditor: qui alienas habendas empator. Et, ferrum, aurum, argentinum, rude

pro pretio erant: sed & per boves quoque rerum estimatio fiebat. Ita apud Homerum vinum, quod è Lemno in castra Achaeorum advehabatur, merx erat, qui advehabant venditores, Achaei autem emptores; premium, quo vinum fibi comparabant, æs, ferrum, bulbulae pelles, boves, &c. Dydimus in Homer. *ειρηναιος*, Laertes emptor Euriclez, premium viginti boves. Ille Poeta arma Glaci & Diomedis pretio afflans dicit, illum *ιερηναιον*, hunc *τιμην* habuisse. Quod si negamus, permutationem veteribus ultatam venditionis & emptionis nomine appellandam, cur hæc omnia in suis permutationibus distincta nominibus agnoscunt emporem, venditorem, mercem, premium, *έποντος*, *τιμην*? An nulla temporis mercatura, nulla res venales, nulli emptores aut venditores fuerunt? & cur non loco pecunie signatae res alia, puta æris, argenti aut ferri rudi massa, aut quid aliud, quod in *εποντος* debet proprio fungi queat, licet ex numeri usu certius haec distinguat? Est tamen species aliqua permutations veteribus etiam nota, ab emptione & venditione planè diversa, & in qua nullo modo discerni potest, uter empator, uter venditor sit, utrum premium, utrum merx; nimur ubi quis non animo vendendi rem suam cum altero permutat, qui nec ipse rem alienam empat velit, sed cum ita incidat, ut haec res alterius, illius alteri placeat, si de commandato invicem converterent, veluti si arma cum armis, chlamys cum chlamyde, fundus cum fundo forte commutarentur: quod genus permutations Graecis inde *άγονα*, *Gallos* trax, Batavis *rasping*, appellatur: quibus verbis emptionis & venditionis nomina minime convenient. Fauis in hanc sententiam differunt doctilim Salmasius lib. de *u. u.* c. 13. & tanto judice in hac quæstione vincit schola Caffii & Sabini. VNN. Speciosa haec magis quam solidis. In permutations affectio magis regnabat: in emptione ad justam estimationem respicierat. Nimur antequam nummus inventus est, nullius rei certa erat estimatio, deficienti quippe mensura communis, quæ omnium rerum quantitas moralis estimaretur. Permutabant itaque homines res necessarias, non quasi ejusdem pretii essent. sed quod par in utrilibet caderet affectio. Et hujusmodi permutationem vel *έποντος* recte Proculus emptione venditionem dici posse negabat, cum hic nullum effet verum premium, nulla res estimatio. Alij semel constituto pretio eminente, id est, nummo, etiam permutatio ita fieri potest, ut res permundata prius certo pretio estimantur, & tunc res pro pretio veluti in folatum dentur, e. g. Si mercator unus piper suum affert mille aureis, & alter in hoc premium contentiat: hic porro vini quantitatem eodem pretio estimet, & alter in illud contentiat, facta sane permutatione harum mercium dici potest, emptionem venditionem mutuam factam, &

utrumque merces pro pecunia in folatum debitis. Sed de hujusmodi permutatione non disputarunt. Proculus & Sabinus. HEIN.

## T E X T U S .

De periculo, & commodo rei venditare.

